

de Jesu Maria ultimus illius Episcopus, dum viveret, praesidebat, per obitum ejusdem Emanuelis Episcopi extra Romanam Curiam defuncti, Pastoris solatio destitutus, de persona tua, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica providimus, Teque illi in Episcopum praefecimus, & Pastorem; curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae de Nankin Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo; prout in nostris desuper super plumbo expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Nunc autem Pastoralis officii nostri esse ducimus, Tibi injungere, prout auctoritate praeterea tenore praesentium injungimus, quod, antequam minus Consecrationis suscipias, juramentum illud, quod Missionarii omnes in Sinis degentes jam emiserunt, hoc est de fideliter, integre, & inviolabiliter observando praecipito, ac mandato super Ritibus, & Ceremoniis Sinensibus in Constitutione felicis recollectionis Clementis Papae XI. Praedecessoris nostri die XIX. Martii MDCCXV. hac de re edita, & in nuper Constituzione nostra, quae incipit: *Ex quo singulari*, confirmata, contenta, similiter emittere, ipsamque juramentum tua subscriptione, & sigillo munition, vel saltem authenticum illius exemplum, ad Nos quantum transmittitur omnino teneris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Forma autem juramenti, quod praestabis, haec est, *Ego Franciscus de Sancta Rosa de Viterbo Electus de Nankin*, praecipito, & mandato super Ritibus, & Ceremoniis Sinensibus in Constitutione pie mem. Clementis Papae XI. die XIX. Martii MDCCXV. hac de re edita, qua praesentis juramenti formula praescripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lectionem apprime nota, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, & inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili curabo, ut a meo subditis, aliisque, quorum cura ad me in munere meo spectabit, quantum in me erit, similiter observari, & adimpleri curabo: *Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut Ritus, & Ceremoniae Sinenses in Litteris Pastoralibus Patriarchae Alexandrini Macuti datus die IV. Novembris MDCCXXI. permixtae, ac a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. damnatae, ab eisdem subditis ad praxim deducantur; Si autem (quod Deus avertat) quomodo contravenierim, toties, quoties id evenerit, penis per praefatas Constitutiones impositis me subiectum agnosco, & declaro. Ita, tamen Sacrosanctis Evangelii, promitto, rogo, & iuro; sic me Deus adjuvet, & hac Sancta Dei Evangelia. Ego Franciscus de Sancta Rosa de Viterbo Electus de Nankin manu propria.*

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anno Pifcariorum die III. Decembris MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno III.

D. Cardinalis Passioneus.

LXVIII. DE CONCURSU

Et Examine habendo pro Parochialium Ecclesiarum collatione; De appellationibus ab irrationabili Ordinarii judicio admittendis, vel rejiciendis.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM illud semper plurimum formidaverit Ecclesiae Catholicae, ne indignis quibusque, & extra sacerdotale meritum constituit, Cura animarum, & Dominici Gregis custodia crederetur, quia totius Familiae status, & ordo nutat, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite: Hinc Canonice sanctionibus, ac praesertim Sanctae Tridentinae Synodi De-

cretis provide consultum est, regimen Ecclesiarum Parochialium iis esse committendum, quorum omnis aetas a puerilibus exordiis ad perfectiores annos per disciplinae Ecclesasticae studium ita currit, ut de illorum supra alios profectione, ac potiori doctrina, morum, ac diuturni laboris suffragio, nefas esset dubitare. Quia vero perniciose apud plurimos opinio sensim invaluit, Tridentini Decretis non praescriptam esse Dignioris electionem; sed caveri tantummodo, ne Indignis Ecclesiae Parochiales, aliaque Beneficia, quibus cura imminet animarum, conferrentur; San. mem. Innocentius XI. Praedecessor Noster erroneam doctrinam a vera, & sincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, & edocuit, quam prudens, ac diligens esse debeat Pastoralis Officii dispensatio.

§. 1. Ad tramites idcirco ejusdem Sanctae Synodi, usu receptum est, occurrente Parochialis Ecclesiae vacatione, quae libere ab Ordinario conferenda sit, Concursum institui, ut, habita in eo de cuilibet aetate, moribus, doctrina, & sufficientia, solerti inquisitione, Episcopus eligat quem ceteris magis idoneum judicaverit.

§. 2. At quia contingere quandoque potest, quod favore, vel gratia, vel minus aequo iudicio, minus digni Dignioribus praeponeatur, Sa. me. Pius V. Noster Praedecessor, ne quid in hujusmodi electione esset inordinatum, atque praeposterum, edita saluberrima Constitutione, licere voluit in Concursu reiectis, interposita ad Metropolitanum, vel Episcopum viciniorum, vel Sedem quandoque Apostolicam appellatione, Praelectum ad novum examen provocare, & Ecclesiam alteri non rite collatam, novo facto meritorum periculo, si ita jus esset, vindicare. Et ne frivola appellationis diffugio locus esset, provide hinc cautam est, dicte appellationis in devotiva tantum deferri oportere, non suspensa, aut quoquo modo retardata Praelecto ab Ordinario Parochialis Ecclesiae possessione.

§. 3. Consultissima hujusmodi leges cum in finem instituta, ne in tanti momenti re impediti magistris, novi antiquis, rudes praerantur emeritis, violatae sunt hominum fraude, & malitia, ipsa medela vulnus exasperantium. Septissime enim reiecti ab Ordinario, dicte Constitutionis obtentu, in vocem Appellationis facile prorumpere, & minus legitima concurrens causa, Electos ab Episcopo ad novum examen provocare consueverunt; illorum praeterea, reiecta Gregis, & Ecclesiae custodia, longum iter arripere, & diuturni laboris, temporis, & pecuniae impensa exhaustos, litem in secunda, tertia, & ulteriori quandoque instantia sustinere cogebant.

§. 4. Quin etiam experientia compertum est, magno iustitiae detrimento litem ipsam absolvi. Quandoquidem ii, qui Examine se legitimum Institutionum necesse, reiecti fuerant, longe postmodum decurrente lite, sedulam litem ex industria navantes operam, praefertim aliis marebantur, & acerbis fuscabantur Episcopo, iudici quidem adeptae, non autem adipiscenda peritiae, per injuriam se fuisse reiectos.

§. 5. Hinc apud bene moratos homines, & iustitiae vindices, frequens querelaram occasio; quibus seclandis cum Congregatio Concilii Tridentini Inter pres omne studium, diligentiam conferret: Nobis, qui Secretarii munere fungebamur, mandatum est, ut sermone, typis postea vulgato, rem sedulo expendere, ingruentis mali originem, & apta ad idem averendum remedia investigare pro viribus niteremur. Sensus hac de re Nostros explicantes, vicio potissimum labore comperimus Praxim Examinis oretens habitum, nec scriptis consignati: Electi siquidem ad Curam animarum ab Ordinario Collatores, & ad iteratum examen coram alio Iudice provocati, jus legitimae Collationis tueri non poterant certo, ac permanenti testimonio iam probatae idoneitatis; sed a novi Examinis alea, fubeunda coram Iudice Appellationis, gestarum rerum profusus ignaro, tota re pendere videbatur. Quocirca gravi Iustitiae detrimento recepta in Foro erat opinio, provocari posse ad alium Iudicem, nullo exhibito indubitatae reiectionis documento. Quod quidem cum a Sacrorum Canonum censura longius aberraret, facile huic corruptelae occurrere posse censuimus, si certa primum, & apte disquisitione habendi Examinis forma praescriberetur; si disquisitiones Examinis propositae, & con-

PONT. A. III.

Ecclesia Parochiales per concursum provisionem.

Appellatio ab irrationabili iudicio.

Abusus huiusmodi appellationis.

Et perniciosus quandoque iudicium exitus.

Votum S. S. Cong. Conc. Secret. pro latum & publicatum.

PONT. A. III. contentantes illorum responsione, totaque rei gestae in scriptis redigetur; & si Acta demum totius Concursus ad Iudicem Appellationis integra asportentur.

§. 6. Inta a Nobis consiliis ratio non solum aristi Congregationi, illam die 16. Novembris 1720. ratam habenti; Sed etiam Pontifici iudicii accessione roborata fuit a Clemente XI. Ecclesiasticae Disciplinam vindicare, & assertore eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia filialis, quo par erat, obsequio, & diligentia exequerentur; iis datae sunt die 10. Januarii 1721. opportuna Litterae nostrae calamo exaratae, ejusdemque Pontificis sensu, & oraculo comprobatae, quarum tenorem, etsi alias praelo commissum, & insertum in Bullario dicti Clementis Praedecessoris Nostri, congrua hic duximus referendum.

§. 7. Reverendissime Domine uti Frater. Quo Parochiales Ecclesiae dignioribus Personis gubernanda traduntur, statuit, ut notum est, Sacrosanctae Tridentinae Synodus sess. 23. cap. 18. ut, vacante Ecclesia Parochiali, indiceretur, & fieri Concursus; ac, postquam Concursus ab Episcopo, vel eius Vicario Generali, atque ab Examinatoribus Synodalibus saltem tribus, & examinari approbati essent, Episcopus eligeret, quem aetate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam necessarius, & opportunus, digniorum ceteris, magisque idoneum iudicaret. Adhucque ad hanc Concilii Sanctionem validius confirmandam, re, & nomine Sanctissimus Pontifex Pius V. quod, si unquam Episcopus minus habilis, doctusque magis idoneis, elegerit, possent ii, qui reiecti essent, a mala ejusmodi electione ad Metropolitanum, vel, si ipse eligens Morobitanus, aut eamprorsum foret, ad viciniorum Ordinarium, ut Sedis Apostolicae Delegatum, vel alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac Praelectum ad novum examen coram ipso Appellationis Iudice, & eius Examinatoribus, provocare; ac tamen cautione, ut appellatio non in suspensum, sed in devolutum esse deberet; quae mandatum in eius Constitutionibus, quae vigesima tertiae est, laetius cavetur; concludendo, quod, consilio de prioris Eligentis irrationabili iudicio, eo quoque reiecto, Parochialis Ecclesia magis idoneo conferretur.

Cum autem neque Concilii Decretis, neque Pontificis Bulla Examinis in Concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac pectuliter servanda proponatur; & diffidit dicta est, quanta Examinum, aliorumque alibi adhibitis, existere, atque hinc occasio querelaram. Nam alibi, cum non eadem omnibus Questionibus, non idem casus probandi fuissent: erant idcirco, qui, vel in iudicio, vel extra concurrebant, sibi quidem post postis diffidit, Praelecto autem facillime ad servandum Questiones obsequio. Alibi vero sedem quidem omnibus Questiones obsequio fuerunt, sed neque haec, neque aetate a Concurrentibus responsiones, scriptis, seu litem consignabantur. Cumque postmodum, nec raro contingeret, ut a postpositis quibusdam Iure Bullae supradictae, novum ad Examen coram Iudice Appellationis, ejusque Examinatoribus, Electum provocare: S. Congregatio usque ab anno 1603. considerans gravamen non alia ratione, quam novo examine, probari posse; provocatorum ad novum examen consensu admittendum, gravamine nec dum probato, & requisitis sapientum probationibus in subsequenti iudicio: in quo, probato, per novum examen Appellationis, gravamine quoad doctrinam, probanda suppositi ejusdem praesentiam, ut de majori alterariis ad Parochialis Ecclesiae gubernatum idoneitatis Sententia fieri posse; eam non continere, si quis est doctior, et otiam aprior, seu magis idoneus ad id regimen habentur, vel etiam habundans sit. Quam Sacra Congregatio Sententiam servatorem; & Tribunalia laudantur. Aliis denum in Decretis laudabiliter invaluit consuetudo, ut eadem omnibus Questionibus, idemque casus proponantur; ac (ne qua deus ansa Cancellario quaquam suo mavis addomdi, munitur, mandati) ut ipsius Concurrentes, qui interrogati fuerint, quaque responderint, sua manu personatim scribantur.

Actus Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in casibus per examinandis tenore, Sacrae deinde Congregationis etiam, atque etiam considerandum relinquerunt, ibi, qui se examinati essent, atque postpositi, in posterum, ut solent, appellantes, indulgentia, nec ne, statim Bullar. Rom. Bened. XI. Tom. I.

Non eglem ubique exaquis praecendi formam.

Sed alia deinde de requisiis, praeter doctrinam ex-pendenda.

Dubia si per admiffione appel-lationis in casibus per-ticularibus, & in alteris iudiciis in-stantibus.

Si novum ad examen provocatio, nulla gravamine praerequisita probatione, videtur; cum isti ex alii primi examinis gravamen doctrinae facili alioquin probare possent; quod alii, aliter similia examinati, probare, nisi secundo, seu novo examine, non poterant. Nec desuere alii probatis, ac perita in administrandis diu Ecclesiis laude praestant, qui movent, frenum ali-quod hujusmodi Appellationis licentiam tandem incipiam, porumque jam nimis crebras novam ad examen provocaciones esse reprimendas; quippe quae vix unquam sine magno Ecclesiarum damno contingunt. Nam cum nprum examen coram Iudice Appellationis longe procul a Parochia peragendum sit; Electus ab Episcopo, qui provocatur, Parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere, tamquam Oeconomo, vel Vicario cupiam, veluti Sponsam ignotis Custodibus relinquere, Sponso non parum, sed diu sane abfuturo; dum nemp, implicita, ut si, sine, terna anim, vel quarta, alia ex aliis, Examine, super praesentia primum doctrina, cum deinde aliorum, quae ad integrandam idoneitatem opportuna sunt, contentio multiplicatur, & commode, ne dicam oris, transgatur, antequam solitari possit utri Concurrentium Parochia sit adjudicanda.

Ad tollendam ejusmodi non minus querelaram, quam incommodorum occasionem, Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpres, postquam rem omnem a capite re-petitam in gemina sessione 1. Octobris, & 16. Novembris 1720. summo studio recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annotatione, statuit quod per praesentes Litteras encyclicas exequitur) omnes, & singulos Episcopos, aliosque Praelatos, penes quos sit jus, & auctoritas faciendi Concursum, hortari, ut examen ejusmodi instituerent non devenerit, quale jam ex multis Diocesis, & Urbis ipsa observat, atque Apostolica etiam Decretis postulat; sive, cum, Sede vacante, vacat Ecclesia aliqua Parochialis, cujus collatio ad Sedem Apostolicam pertinet: sive cum vacat Parochialis aliqua, ut dicitur, iuxta Decretum; sive denum, cum, vacante in Collegiis, aut Cathedralibus Ecclesiis Dignitas aliena major, annexam habente Curam animarum, faciendae est Concursus, atque ad Apostolicam Datariam transmittendus; ut notum est, atque in Litteris, quae de ordinis Sanctissimi, tunc o Dataria prodeunt, clara praescribitur.

Vacante itaque Ecclesia Parochiali, quae conferenda sit per Concursum, atque hoc solitis formulis iudicio hec, quae sequuntur, ex Sacra Congregationis Sententia, consilio, suaditione servanda proponuntur.

1. Primum nemp, ut assignentur eadem omnibus Concurrentibus Questiones, idem Casus, idemque Textus Evangelii, super quo sermonis aliquid praescribitur, ad probandam dicendi pro concione facultatem.
 2. Alteram, ut Casus, & Questiones resolvende ditionentur omnibus potest tempore, atque omnibus pariter eodem tempore Textus Evangelii tradatur.
 3. Tertium, ut coram, idemque omnibus spatium temporis constituantur, intra quod Casus resolvantur, Questionibus respondeant, Conciliunculum componant.
 4. Quartum, ut eodem Concurrentes omnes in Conclavi claudantur, unde, quamvis scribant (dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egradi, neque alius quispian de ingredi posse, nisi postquam scripta consecraverit, & exhibuerint.
 5. Quintum, ut omnes sua quisque manu tum responsa, tum sermonem scribant, subscribantque.
 6. Sextam, ut responsa quidem laetina, sermo autem ea, quae ad populum haberi solet, lingua scribatur.
 7. Postremam, ut unumquodque responsum, & unius quisque sermo, cum ab unoquoque Concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, atque a Cancellario Concursus, verum etiam ab Examinatoribus, & ab Ordinario, vel eius Vicario, qui Concursus interfuerint, subscribatur.
- Parato secundum hanc formulam Concursus, collata quoque ei, qui magis idoneus, at dignior iudicatur, iuvavit, Ecclesia Parochiali, non admittatur Appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi intra decem dies a die Collationis interponatur.
- Si quis autem hoc intra spatium appellaverit, Absque Concursus petat ad Iudicem Appellationis transferenda; mittatur vel Abs ipsa originali Concursus causa, & obsequata, vel certe auctoritas auctoritas.

ANNO 1742. eum eorum exemplum, a Cancellario Concursus, atque alteri Notario collatum. Et auctoritatem eorum Vicario, vel alio in Ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjuvandi electio pertinet; necnon ab Examinatoribus Synodalibus, qui Concursui interfuerint, subscripsum.

Ex quibus actis, vel authenticis eorum exemplo, nisi gravamen quoad doctrinam probet is, qui sic, ut premissis, examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi appellaverit, novum aut examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione frustra postulabit.

Quemadmodum in iudicio Appellationis persequi jus suum frustra tentabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi, interposita mature, ut dictum est, Appellatione ab irrationabili iudicio Episcopi, gravamen quoad illa ostenderit, vel ex alio primo Concursu, vel saltem ex attestacionibus, et documentis extrajudicialibus etiam, sed non levibus.

Atque ita quidem sensit Sacra Congregatio, et Sanctissimus assensit.

At si quis tamen Ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, Concurrentium examina instituire perverterit, pergit et Sacra ipsa Congregatio more pristino Appellacionibus, qui se gravatos dicunt, provocacionem ad novum examen, nulla gravaminis previa probatione, nec etiam indulgere. Interim tamen, ne harum literarum memoria non probato dilabatur, vult eadem Sacra Congregatio, eas in unum, seu quatuor Ordinarii Cancellaria perpetuo conservari. Cuius interea consilium, tum voluntatem, dum ego omnibus significo, Ampliudini Tue fasista omnia et Celo precor. Rome hac die 10. Januarii 1742.

Ampliudini Tue.

Uti Prater P. M. Card. Corradinus Praefectus. P. Lambertinus Secretarius.

§. 8. Quantum recte dispensandis Ecclesiasticis muneribus, administranda iustitia, componendis diffidiis, continendisque in officio Clericis proficeret saluberrima praemissarum legum institutio, satis superque experientia comperimus, cum Anconitanam primam Ecclesiam, ac deinde Bononiensem Sponsam nostram paternam charitate cominus amplecteremur; Preti siquidem dictarum legum praesidio, Digniores Parochis, et Curae animarum praefecimus: Tantaque benedicens Domino, id accidit animorum consensione, ut nemo questus sit, traditum minus Digno celsioris loci praemium, vel minus iuste alteri credita vacantis Ecclesiae gubernacula.

§. 9. At qua certis admonemur indicis, non ita id aliis Episcopis contigisse; imo non deesse, qui privati abrepti studiis, saepe declinare, ac redarguere iudicium Episcopale praesumant: Nos propterea solliciti de implendis, prout decet, muneris Nobis partibus, nonnulla praefatis literis addenda, nonnulla vero tacite, breviterque libere tradita, clarius explicanda censuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

§. 10. Merentes igitur audivimus, quod in plebifera Diocesi, etsi recepta sit laudabilis, firmiterque custodienda consuetudo in scriptis redigendi examen Concurrentium, nihilominus Examinatorum suffragia in sola literarum perita versantur, nec illorum executionis sententia de Clericorum aetate, institutione, gravitate, et honestate morum, prudentia, munitis antea exercitis, et an tales demum sint, qui Oves suas verbo, et exemplo jurare possint. Quam devia sit huiusmodi praxis a Tridentini semita, is plane intelliget, qui expendit verba relata cap. 18. sess. 24. de Reformat. Peracta deinde examine, remittuntur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Idque probe noscens Congregatio ejusdem Concilii Interpres, pluries edixit, Examinatores deesse muneris, si doctrinae tantum iudices essent, nec inquirerent, qui pra aliis, probitate morum, laboribus, praesertim antea Ecclesiae obsequio, caeterisque de ceteris ad Officium Parochi cumulate obundantibus necessariis, essent idonei, et commendabiles.

§. 11. Absoluto Examine, ut cuique satis comperit, sit tantummodo potestas Examinatoribus renunciandi quotquot regenda Ecclesiae idoneos iudicave-

rint, reservata uni Episcopo electione Dignioris, quemadmodum sancitum est a Tridentino illis verbis: Ex bisque Episcopis eligat, quem ceteris magis idoneum iudicaverit: At si quem Clericorum forte contingerit, appellare a mala relatione Examinatorum, quorum cura unice veritate fuerit in exequenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatium, qua Pastoris congruat Officio: Ordo iudicis sequeretur, ut etiam Iudex, ad quem provocatum fuit, in soladocinae indagine immoretur: Nec sine gravi animarum detrimento, et disciplinae injuria, praeficiatur Ecclesiae, qui literis magis pollet, licet caetera minus aptus, et quandoque indignus; Contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinae merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno Ecclesiae famulatu, ac multiplici virtutum laude praecellit.

§. 12. Factum praeterea satis extirpandis abusibus non videtur, si tam Episcopos, quam Examinatores, in iudicandis studiis, industria nervos omnes intenderint in conferenda concordia iudicio Ecclesiae Personae, qua licet scientia, et literis alteri concedat, majoris tamen caeterarum qualitatium eminent ornameto; Siquidem Postpositus, sua nimium fidens doctrinae, ab irrationabili iudicio Episcopi non raro appellat; Causaque ad Iudicem Appellationis delata, idem totus est in perquirenda majori doctrina, ac reparando gravamine literato homini irrogat, nusquam librato aliarum virtutum pondere, qua in Appellate desiderantur: Lugentur ut plurimum vigiles Ecclesiarum Antifites exitum huiusmodi appellacionis, intempeque dolent, Parochias doctis, non apris Pastoribus, ut dictum est, regendas committi.

§. 13. At si Iudex etiam Appellationis (quod raro evenit) tantum tribuens scientiae, quantum satis, maerendo, legitimum probationis et documentis antea labores, qua virtutum specimina, qua demum totius aetate vitae ratio, passendo Gregi consentanea: Tot iudici exhibentur attestaciones ab Appellante ex industria collectae, ut, revocato Episcopali iudicio, tamquam irrationabili, non vereatur Iudex succurrere eidem Appellanti, quem tam copiosa, tamque conspicua probata adjuvant documenta.

§. 14. Demum cum praecipue Episcopis, tamquam in specula constitutis, pateant Subditorum excessus contingere solet, ut in Concursu, tam inspecta scientia, quam moribus, ille idoneus ab Examinatoribus renuncietur, cui foeda aliqua vitii labes, ac criminis macula inusta sit, omnibus, praeterquam Episcopo, occulta: Si Episcopus, iusta suadente causa, crimine non revelato, eundem criminofum tacitus praeterierit, aliumque immunem a forse praeterlegit illico Postpositus, simulato gravamine, provocat ad Superiorem Iudicem criminis ignarum, et confecto diffugio Appellationis, evadit ad Pastorale fastidium, qui non potest consulere Populo, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen.

§. 15. Ne igitur improbi ingenii homines rene-dium Appellationis, ad iustitiae praesidium institutum calide traducant ad iniquitatis defensionem: Optimum calide traducant ad iniquitatis defensionem: Optimum factu aliquibus fortasse videretur, si Appellatione provvis subfata, cura praeficiendi Rectores animarum provvis relinquereur Episcopis, rationem villicacionis suae Christo Iudici tantum reddideris. Verum nullo pacto probare id possimus, quod adversaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittens Appellationem in devolutivo a mala relatione Examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa: Nec praedictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, et Appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive eiusdem Sedis Legatos, aut Vice-Legatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, gatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impediatur, aut suspendatur. Cui Sanctioni respondet etiam Constitutio Praenata, admittens Appellationem in devolutivo ab irrationabili Iudicio Episcopi.

§. 16. Qua de re, ut in huiusmodi negotio apte omnia, atque compositae peragantur, Offici Nostri esse duximus, cum vobis, Ven. Fratres, gerendarum rerum ordinem praescribere, quem longo usu utilem agnovimus instituentis animarum Rectores, qui credito sibi Gregi praesse, et professe possint.

PONT. A. III. I. Episcopos, habita notitia vacationis Ecclesiae, statim ad praescriptum Tridentini, idoneum in ea deputet Vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius Ecclesiae sustineat, donec et de Rectore provideatur.

II. Publico vulgetur Editio notitia Concursus, congruo, et ab Episcopo praescripto tempore celebrandi; eodemque Editio omnes clare, et aperte moneantur, ut interim decurrense assignato, coram Cancellario Episcopali, vel altero ab Episcopo deputando, suarum qualitarum, meritorum, et munerum probationes, attestaciones tam iudiciales, quam extrajudiciales, atque id genus documenta, qua fraude vacent, exhibeant: Alioquin, dicto termino clapsio, Documenta huiusmodi, quaecumque, et quacumque ea sint, nullatenus recipiantur.

III. Eveniente die Concursus, a Cancellario Episcopali singularum merita, qualitates, et Requisite, (ut vocant, incorrupta fide deprompta a Iuribus tempore habili exhibitis, in scriptis summatim redigantur: Porro copia Epitomes tradetur non solum Episcopo, vel Vicario Generali vices illius obeunti, sed legitimum omnibus Examinatoribus ad Concursum adscitis, ut cum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regenda Ecclesiae necessariis dotibus terant iudicium.

IV. Die praescripta ab Episcopo habeatur Concursus, servata accurate in omnibus forma tradita in supra relatis Literis anno 1721. editis, totaque rerum in eo gestarum series scriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores, ad assequendam certam, et indubiam conjecturam scientiae, postquam diligenter expendierint singularum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo Ecclesiasticae Doctrinae capite, vel a SS. Patribus, vel a Sacro Concilio Tridentino, vel a Caeteris Romano excerpto, ac pari diligentia libereverint a quolibet scripto datas responsiones quaestionibus propofitis; Et postquam demum comprehenderit qua quisque pollet gravitate sententiarum, elegantia sermonis in Concinnula scripto pariter exarata, et Textu Evangelico, vel alteri dato Themati accommodata: patet, ni forte majorem solertiam Examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus, regimini animarum consentaneis; morum honestatem inquirant; gravitatem, prudentiam, praesertim haecenus Ecclesiae obsequia, acquirant in aliis muneribus laudem, aliaque irreprehensibilem virtutum ornameta; Doctrinae ardo foveat conciliandae; huiusce omnibus conjunctim expensis, inhabiles per sua suffragia desistant, et idoneos Episcopo renuntient.

V. Absoluto Concursu ab Episcopo, vel eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus quam tribus, Notula compendiaris Requiritorum antea distributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes Acta secreto custodiat, et ne mini ostendat, nisi de mandato Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primatum ei liberit, eligat ex approbatis Digniores, nec illi Possessio, ullo Appellationis vel Inhibitionis obtentu, retardetur.

VI. Si quem Clericorum appellare contingerit a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili iudicio Episcopi: coram Iudice Appellationis Acta Concursus integra omnino producat; Et Iudex, nisi illis visis, et gravamine comperito, Sententiam non pronunciet. Praeterea in ferenda Sententia, ac reparando gravamine; idem Iudex innitatur solummodo probationibus ab Actis elicitis; tam respectu doctrinae, quam aliorum meritorum. Quia vero a publica indictione, usque ad diem habiti Concursus, tantum temporis intercessit, quantum satis fuit commode exhibendis necessaria iuribus, attestacionibus, requisitis, aliisque meritorum documentis: Idcirco, ut quaevis iusta, fraudibus, praedictorum, volumus, ac districte mandamus, ne ad Attestaciones, Fides tam iudiciales, quam extrajudiciales, et documenta quaecumque studiose conquisita, et post Concursum, ut ajunt, non commemoratis Literis, a Congr. Conc. Trid. Interprete anno 1721. editis, quibus ad praemissorum effectum in hac parte derogamus, illis tamen in reliquis, una cum omnibus in eis contentis, firmiter in suo robore permanantibus.

VII. Ubi vero Episcopus, posthabito uno, vel al-

tero ex approbatis, Ecclesiam contulerit magis idoneo ob aliquam sibi ipsi tantum notam causam, quam liceat significari oportere Iudici Appellationis non ferit ex in-tam: Familiaribus literis Iudicem certiore efficiat involabilis secreti lege adiecta. Nemo sit, qui hanc causam sibi praxim Nostrae tribuat solertiae, cum illa proputat a Tridentini Decretis. Sessioe etiam 24. cap. 20. de Re-forma, ita disponitur. Praeterea si quis in casibus a Iure bit Iudici permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conque-lus fuerit, seu alias, ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium Iudicem recurverit, teneatur alia omnia co-vam Episcopo gesta ad Iudicem Appellationis expensis suis transferre, EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS ADMONITO, UT SI QUID EI PRO CAUSA IN-STRUCTIONE VIDEATUR, POSSIT IUDICI APPEL-LATIONIS SIGNIFICARE.

Et quamvis iure Nobis timendum sit, ne dida praxis monendi Iudicem, a quo appellatum est, in more olim posita, hac tempestate obsoleverit, et a Foro recesserit; Attamen Episcopus (ut dictum est) labori sit ex causa sibi tantum, et non aliis nota; qua tamen approbari digna sit, Ecclesiam contulerit; illam Iudici Appellationis, datis secreti literis, denunciet, et aperiat. Sciant porro Iudices, delatas ab Episcopo causas, et rationes, involabilis secreti fide esse custodiendas; nec parvi pendendum esse testimonium illius Pastoris, qui Divino mandato eloquio, Oves suas agnoscere. Facile enim credi non potest, Episcopos suas non minus, quam alienae salutis adeo immemores, ut non deterriti Divini interminatione Iudicii, odio vel favore moveantur; et in Sacrorum Canonum singularem injuriam, dicant malum bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras.

Si vero Episcopo fuerit suspecta fides Iudicis, ad quem appellatum est, nec eidem revelanda censuerit huiusmodi occulta rationum momenta: Illa significet secretae gregationis Concilii, qui nec consilio, nec auctoritate deest, quo minus a Iudice Appellationis debitus iustitiae locus tribuatur.

17. Praeterea quia aequitati etiam convenit, Causas Appellationis, qua magno Litigantium dispendio, et Ecclesiae pernicie, immortales quandoque existunt, quanta fieri potest brevitate terminari: Idcirco ubi a Iudice Appellationis lata sit Sententia, qua praesentioni facta ab Episcopo omnino sit conformis, nullus pateat novae Appellationis aditus, sed auctoritate Rei iudicatae controversiae finis imponatur. Sin vero Iudex Appellationis aliter, quam Ordinarius, pronunciet; licet Praelecto ab Episcopo, qui Causa cedit, ad alium Iudicem appellare, firmiter interim re-ctus ad Parochialis Ecclesiae possessione. Tandem postquam tertius quoque Iudex Sententiam dixerit, ne Patres ultra modum graventur laboribus, et expensis, praesertim quia agitur de cura animarum, cui damnum est, certi Pastoris delitui solatio; Is legitimum regenda Ecclesiae ius obtineat, cui duae conformes assint Sententiae, nec ullum novae Appellationis remedium succumbenti suffragetur.

§. 18. His sane regulis, quamvis Appellatio subfata non sit, satis tamen praesidiis comparatum esse arbitramur Ecclesiasticae disciplinae, ac recto gerendarum rerum ordini. Unum superest, ut proposita haecenus media debite executioni mandentur; Eumque in scopum Locorum Ordinarii vigilantiam suam desiderari non patiantur. Ferendum quippe non est, ad nostri Apostolatus auditum novas in diem deferri querelas, ac sub-movendis abusibus novas implorari leges, ab iis, qui iam praescriptas negligunt et contemnant.

§. 19. Demum cum non raro contingat, Ecclesias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia Curam animarum habentia, a Sede Apostolica esse providenda, vel quia vacaverint in mensibus referatis, vel quia ex alio capite dictae Sedis reservatae sint: Nos Praedecessorum Nostrorum vestigiis inherentes, praecipimus, et mandamus, uno vel altero eveniente casu, Concursus ab Episcopo sine ullo discrimine indicatur, nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, quam Nostris huiusce literis sibi tributam Episcopi intelligant.

§. 20. Absoluto concursu, si res sit de Beneficiis Curatis, que tantum ratione mensura reservatae sint, non tran-



ANNO 1742. missis actis, pro collatione Sedi Apostolicæ referentibus RATIONIBUS. Episcopus inter approbatos eligat magis idoneum, & Dataria significet, nec Acta Concursus transmittat, nisi a Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta Beneficia, quibus cura imminet animarum, ex alio quovis capite, quam mensum Apostolicorum, S. Sedi reservata sint; Et sane casu, veteri non immutato more, abstineat Episcopus a ferendo Dignioris iudicio, & Acta concursus ultro Dataria exhibeat.

§. 21. Licet tamen Ordinariis, pro suo arbitrio, familiaribus literis Dataria scriptis, eidem denunciare Personam, quam censent regenda Ecclesie magis idoneam, eundemque commone, an occulta aliqua, & in Actis iuste reticita subit causa, quæ cupiam obstat ad Beneficium Curatum obtinendum. Nos ipsi postmodum ab hac Sede omnium Principe, & Magistra, luculentum eodemque exemplo, quanti faciendum sit Episcopale iudicium, quantoque vos honore prosequamur, Venerabiles Fratres, in partem Nostræ sollicitudinis evocatos, quibus interim Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XIV. Decembris MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno III.

LXIX. VOTA SIMPLICIA

In Congregatione Missionis emissa, a nemine, quacumque ex causa, præter quam a Romano Pontifice, aut a Superiore Generali Congregationis in actu Dimissionis tantum, dissolvi posse statuitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Quo magis uberes, ac salutare in Catholica Ecclesia fructus in dies, benedictone Domino, Congregationem Missionis a S. Vincentio de Paulo Fundatore olim institutam, & æterna cum animarum Christi fidelium salute latissime propagatam, profere dignoscimus, eo magis luculentis Apostolicæ auctoritatis providentiæ nostræ studiis eandem complecti volumus, ut maiora semper accipiat incrementa.

§. 1. Alias sane sel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor noster, de tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, ad ejusdem S. Vincentii Fundatoris in humanis agentis supplicationem, per quasdam suas in simili forma Brevis litteras die xxii. mensis Sept. anno MDCLV. expeditas, in perpetuum eandem Congregationem Missionis inceptam, & approbatam, Apostolica auctoritate sua approbavit, & confirmavit, cum emissionem Votorum simplicium Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, necnon stabilitatis in dicta Congregatione, ad effectum se toto vitæ tempore saluti Pauperum Rusticanorum applicandi, post biennium Probationis faciendæ, in quorum tamen Votorum emissionis nemo interfuit, qui ea acceptet, five nomine Congregationis, five nostro & pro tempore existentis Romani Pontificis nomine, & vota sic, ut supra, emissa dissolvere possit solus Romanus Pontifex, necnon & Superior Generalis dictæ Congregationis in actu dimissionis Congregatione; nemo autem alius, etiam vigore cuiuscumque Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, seu alterius privilegii, & indulti, aut cuiuscumque Constitutionis, five Concessionis, nisi in eis facta fuerit specialis mentio horum votorum sit, ut supra, in dicta Congregatione emissorum, dissolvere, aut commutare, vel dispensare possit & valeat, & alias prout in dictis literis Alexandri Prædecessoris præfati, quarum tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Deinde, sel. pariter rec. Clemente PP. IX. titulum Prædecessore nostro, qui quasdam Constitutiones in Comitibus Generalibus dictæ Congregationis pro ejusdem meliori regimine conditas, recognoscendas, examinandas, & datque aliquot Romanæ Curie Prælati commiserat, viam universæ carnis ingresso, easdem Constitutiones jam recognitas, & examinatas rec. mem. Clemens PP. X. similiter Prædecessor noster per alias suas in pari forma Brevis litteras die 11. mensis Junii anno MDCLXXX. datas, quarum tenorem pariter præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, Apostolicæ auctoritatis

patrociniis communit; inter quæ quidem Constitutiones nona in Ordine ita præscribit: Dignitates Ecclesiasticas absque consensu Conventus generalis acceptari non poterit, (scilicet Superior Generalis, nisi Summus Pontifex id in virtute sanctæ obediendi præcipiat. Quod sane etiam cautum videtur in Regulis, seu prioribus Constitutionibus Congregationis præfate c. 3. §. 19. in quo sic habetur: Quoniam virtus paupertatis solentiam appetitu inordinato ad bona temporalia potest violari, unusquisque diligenter cavebit, ne hoc malum, etiam quoad beneficia sub specie boni spiritualis ambienda, cor suum invadat; ideoque, ne quidem ad ullum beneficium, aut dignitatem Ecclesiasticam, sub quocumque pretextu aspirabit.

§. 3. Præterea cum aliqui, post antedicta vota in eadem Congregatione emissa, ipsam Congregationem deseruerint, afferentes se dictorum votorum dispensationem, seu commutationem obtinuisse a quibusdam Confessorariis, vigore Literarum Apostolicarum super Jubilæo emanatarum, ac prædictos Confessorios potuisse dispensare, seu commutare huiusmodi vota, quia in dictis literis conceditur facultas commutandi vota quæcumque, Castitatis, & Religionis exceptis, & in fine derogatur contrariis quibuscumque, & in specie Statutis, & Consuetudinibus quoruncumque Ordinum, ac Congregationum, seu Institutuum Regularium, etiam confirmatione Apostolica roboratis, necnon privilegiis, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus concessis, etiam de illis eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, & expressæ individua mentio habenda foret; memoratus Clemens X. Prædecessor alias pariter suas in simili idem forma Brevis litteras die xxii. mensis Junii anno MDCLXX. datas, de consilio tunc existentium S. R. E. præfate Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, declaravit, vota prædicta in dicta Congregatione Missionis post illius confirmationem Apostolicam præfate emissa, emittenda, ab aliis, quam a pro tempore existente Romano Pontifice, & Superiore Generali ejusdem Congregationis, in actu dimissionis ab ipsa Congregatione, scilicet, & valide non poterint, nec possint dispensari, commutari, aut alias quomodolibet dissolvi vigore cuiuscumque Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, seu alterius privilegii, indulti, Constitutionis, five concessionis; non facientium expressam dictorum votorum mentionem.

§. 4. Quoniam autem, sicut accepimus, ex Presbyteris, qui in eandem Congregationem admitti ac probati, antedicta vota emiserunt, & in doctrinarum, bonarumque artium studiis, non sine magno ejusdem Congregationis dispendio, instituti, per non breve temporis spatium commorati fuerunt, regulæ observantia pertensis, ut ex ipsa Congregatione egrediantur, alii quidem varias infirmitatis causas obtendunt, alii vero Beneficia Ecclesiastica in Cathedralibus, Collegiatis, aliisque Ecclesiis personalem residentiam requiruntia omnimodis artibus sibi confidenda procurant, alii etiam ad Ecclesias, quibus pastoralis animarum cura adnexa est, obviandas concurrunt, ac deinde votorum emissorum dispensationem, præmissorum obtentu, extorquent. Quæ certe in huiusmodi votis, ac præsertim voto stabilitatis, dispensandi facilitas, alias fere inaudita, in causa est, ut, quamparibus in Gallis, Italia, & Polonia ex eadem Congregatione nuper egressi, incitamento sit & exemplo aliis, quomodo aditum egrediendi sibi aperire studiose meditentur, & interea Congregationis præfate munera negligentius obeantur, ac propterea incrementum, quod eidem Congregationi Deus dare cepit, sensim disperdatur. Hinc est, quod Nos, qui Congregationem præfate semper plurimi fecimus, & quanto Clericis in sortem Domini vocatis ad vocationis suæ munera rite sancteque adimplenda adiumento sit, novimus, salutare aliquod remedium hac in parte adhibere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ auctoritatis plenitudine, tenore præsentium, non solum omnia, & singula in Constitutionibus, & Regulis ejusdem Congregationis, ut præmittitur, contenta, & de novo statuta, ac ab Apostolica hac Sancta Sede iterum atque iterum approbata, & confirmata, iterum, quatenus opus sit, de quoad prædicta vota, ex quæcumque causa, verum

Idem Clement X. declarat, facultates a Sede in his beneficiis, aliisque quibuslibet concessis, non extendi ad d. Votorum dispensationem.

Collationes Beneficiorum extra, aut resid. Missionariis faciendis annuatim.

Claustræ de perpetua litterarum firmitate.

Causæ ob tenendi, aut explicari fore, lita ad certam rotundam dispensationem.

Exemplorum auctoritas.

Dat. die 18. Dec. 1742.

Pontifex rec. latus Constitutiones confirmat, & innovat.

Admittit quibuslibet facultatem dispensandi prædicta vota, ex quæcumque causa, verum

Statuta auctoritate prohibentur. Clemens IX. exhibita, a Clemente X. datque aliquot Romanæ Curie Prælati commiserat, viam universæ carnis ingresso, easdem Constitutiones jam recognitas, & examinatas rec. mem. Clemens PP. X. similiter Prædecessor noster per alias suas in pari forma Brevis litteras die 11. mensis Junii anno MDCLXXX. datas, quarum tenorem pariter præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, Apostolicæ auctoritatis

CONSECRATIO.

Hieronymi de Bock in Pseudo-Episcopum Harlemensem damnatur; & excommunicationis ac suspensionis sententiam in ipsum pronunciat.

Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Obsurdescit quotidie magis infandum Schisma, paucorum perfidia apud vos constatum; nec desinit in præceptis, ac novis in dies feceribus irritare amantissimi Patris animum, si fibique a bonis omnibus iudicia cumulare.

§. 1. Cognovimus enim Petrum Joannem Meyndarts funestissimum ejusdem Schismatis Caput, ausum fuisse refricare illatum Catholicæ Ecclesie tam dira perditionis vulnus, illegitimo Ritu, & fucatis Ceremoniis consecrato in Harlemensem Pseudo-Episcopum Hieronymo de Bock, ejus simulo, parique inverecunda fronte, ac protervitate.

§. 2. Detestamur utique indignum facinus, dolemusque, nullum ab iis, eorumque Sectatoribus fieri fœdum diem. Non tamen adhuc eximus paternam misericordiam, ac veluti mater, confecta incredibili more super infantem filium, pietate potius, quam iracundia percellimus. Sed quid ultra ad eos revocandos fieri potest, quod non perfectum sit? Clamavimus, viam, quam insulerent, ad interitum ducere, nec audierunt. Exprobravimus fractam, quam promiserant Domino, fidem, negatamque Romanæ Sedi obedientiam; & continuerunt aures suas, non conscientia latrante se respicerent, ad sanamque mentem redirent. Flagellum denique distinximus Ecclesiastica severitate; & occalescent, parvique pendere videntur acceptas plagas, quasi se non attingant, probe testos lorica durissime contumacia, pudendæque perditionis. Igitur cum Ecclesiam, ejusque Supremum Pastorem non amplius audiant, id solum superest, ut e Christi Domini Oraculo habeantur veluti Ethnicis, & Publicanis, exortos Catholicæ Grege; utque se jactent, quantum lubet, in ea Satana Ecclesia, quam sibi statuerunt, nec amplius gloriantur ad veram Ecclesiam se pertinere, unde penitus exclusi, dejecti, depulsi sunt. Nos utique, in magno de illorum pertinacia dolore, lætamur saltem, ita denique hanc jam exhaustam olemem reproborem apud vos hominum sentiam mauleantem, ipso discesse, censei posse, atque adeo minus ab eadem metuendum esse, Utinam vero, & Catholicorum nomen, quod hæcenus retinere conantur, jam tandem deponerent. Sic enim prorsus abiceremus sollicitudinem, ne simplicibus, incuriosis, aut male, quid illic veneni lateat, instructis, imponant, Catholici nominis usurpatione, Sacraque Hierarchy falso ab ipsis suppletæ similitudine.

§. 3. Nos quidem, quantum tenuitate nostræ licuit, in huiusmodi eventum jam dudum Apostolico Ministerio nostro sedulo defuncti sumus, nesciamque Joannis Petri Meyndarts ad Ultrajectensem Ecclesiam electionem, irritam, illegitimam, ac sacrilegam declaravimus, & quicquid ex illo, futile commentitii Archiepiscopatus auctoritatem exercent, prodidit, aut proditum foret, nullum pariter irritumque pronunciamus. Deinceps eadem nota, parique infamia, censurisque iniussim prænuncupati Hieronymi de Bock probrosam cooptationem in Harlemensem Antistitem.

§. 4. Nunc autem Prædecessorum nostrorum, sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita Nobis e Cælo potestate, primus huiusmodi nefariam consecrationem, illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac contra Supremæ Sedis mandata, & Sacrum Canonum sanctiones tactam declaramus. Deinde ipsum Hieronymum de Bock, & quotquot huic execrabili facinori operam, consilium, consensum præstiterunt, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesie communione segregatos, & prorsus Schismaticos habendos, & vi

ANNUS 1742. LXX.

Refertur Consecratio Pseudo-Episcopi Harlemensis.

Quam Pontifex detestatur.

Electio Hieronymi de Bock illi, & Consecratio nullæ, etiamque iniquæ tranque prolatæ.

Consecratio Hieronymi de Bock illi, & Consecratio nullæ, etiamque iniquæ tranque prolatæ.

Idem cum simul excommunicatus.

PONT. A. III.

verum etiam quacumque in dispensando pro votis huiusmodi, ac præsertim voto stabilitatis, facultatem, vel ordinariis Nostris & Apostolicæ Sedis præfate pro tempore ubicumque existentibus Nuntis, & Legatis, tum omnibus, & singulis Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sac. Rom. Eccl. Cardinalium, quavis auctoritate, privilegiis, & indultis, quibus omnibus, quoad hanc partem, motu, scientia, potestate, ac tenore paribus derogamus, quomodolibet competentem, & respective attributam, omnino inhibemus, & in hibitum esse volumus, ac declaramus; ita ut quælibet dispensatio pro votis prædictis, ac præsertim stabilitatis, cuiuslibet Presbytero, seu Clerico, vel Laico dictæ Congregationis, ob quacumque causam, a quibusvis, etiam speciali mentione dignis, (dummodo non fuerit concessa per Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem Successorem nostrum, five per modernum pariter, & pro tempore existentem Superiorem Generalem ejusdem Congregationis in actu dimissionis tantum, juxta præfate Constitutiones), quomodolibet concessa, & quælibet cuiuscumque Beneficii Ecclesiastici personalem residentiam requiruntis vel animarum curam extra dictam duntaxat Congregationem unitam habentis, collatio, cuiuslibet ex Presbyteris, & Clericis præfatis quomodolibet facta, & capta etiam possessio, irrita, & nulla sint, ac nullius roboris, & momenti habeantur, perinde ac si minime concessa, facta & capta fuisset, ac propterea nemini, ad quem spectat, & pro tempore quodcumque in futurum spectabit, fufragentur.

Ranque refertur Rom. Pontificatus Super. Generali tantum in actu dimissionis.

Collationes Beneficiorum extra, aut resid. Missionariis faciendis annuatim.

Claustræ de perpetua litterarum firmitate.

Derogatio.

Exemplorum auctoritas.

Dat. die 18. Dec. 1742.

D. Carl. Passioneus.

Pontifex rec. latus Constitutiones confirmat, & innovat.

Admittit quibuslibet facultatem dispensandi prædicta vota, ex quæcumque causa, verum

ANNO 1742. Suspenſum ab exercitio Ordinis, & jurisdictionis. & vitandus esse iterum constituitur. Sciat autem idem Hieronymus de Bock, non solum ab his, quae sunt jurisdictionis, exercendis se esse suspensum, sed etiam ab his, quae sunt Ordinis. Mandamus illi propterea, districtaque interdicitur, sub poena excommunicationis ipso facto, & sine alia declaratione incurrendae, ut nullo pacto, aut Christum conficere, Clericos ordinare, Virgines consecrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat: Decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque proflus roboris, ac momenti, omnes & singulos alios actus, quos attentare praesumpserit. Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitatis propterea obnoxios, si susceptos Ordines exercuerint.

Admonitio ad Catholicos. §. 5. Quae omnia vobis, Dilecti Filii, renuntianda esse diximus, non ut caveatis ab hoc quoque sacrilego insidiatore; siquidem scimus satis vos adversus illum temeritatem, ac subdolas artes habere praesidii in vestra invida pietate, & religione: sed ut, si aliqui sunt in ea contumacissima secta, qui nondum penitus infixi maneant in lino profundi, a Nobis pro paterna caritate admoniti, inducant animum resipiscere, ac desinant praebere aures huiusmodi factiosis hominibus, qui ut servant furori suo, inveteratoque adversus veram Christi Ecclesiam odio, se proflus Satanæ devoverunt. Vos autem manete in ea vocatione, in qua vocatis estis, & quam sequuti Majores Vestri, constantissimam Fidem suam probarunt universae Ecclesiae, & hujus in terris capiti Pontifici Maximo. Reliqui, qui sese itlic obtinuerunt ad persequendum Schisma, pergant in exiguo suo Coetu gaudere de sacrilega sua pertinacia, sibi que plaudant ob execrabile inventum Pseudo-Episcopos constituendi. Non diu erit, cum experti dicent, quid sibi profuerit malitia sua; ac fructibus mundi intelligent, quid vobis aeterni gaudii, & immortalis gloriae pepererit virtus obedientiae, castaque fides vestra. Huic interim faultissimo eventui proludimus Apostolica benedictione, quam vobis, Dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem hujus Annuli Pileatoris die xx. Decembris MDCCXLII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

J. Vincentius Lucchesinus. Publicat. die 4. Januar. 1743.

REOS CONVICTOS

Per incidia indubitata, quamvis non confessos, poenis ordinariis mulcandos esse statuitur.

Monsignor Francesco Ricci della Nostra Città di Roma, e suo Direttore, e Generale Governatore, e Vice-Camerlengo.

AVENDOVI Noi con Viglietto di Segretaria di Stato in data delli 29. Aprile del cadente anno 1742. espressamente ordinato, per apportare qualche opportuno rimedio alla frequenza degli Omicidii, ad altri Delitti qualificati, che si commettono in Roma, e nel Noſtro Stato Ecclesiastico de Rei, sulla confidenza di non poter essere condannati alla Morte, se spontaneamente non confessano il lor Reato, o confessandolo nel Termini, non ratificano poscia la lor Confessione, doveste convocare avanti di Voi una Particular Congregazione con l' intervento de' Monsignori, Bardi Segretario della Sagra Consulta, Fabretti, e Clavelli Ponenti della medesima, Toppi Fiscale Generale, e Avvocati, Mocchi Luogotenente dell' A. C., Delfini Luogotenente del Cardinal Vicario, Michilli, e Mirogoli Luogotenenti del vostro Tribunale del Governo, e sentirne sopra di cid il di lei sentimento; ci avete rappresentato, che dopo essersi più volte adunata avanti di Voi la detta Congregazione, siansi in essa maturamente considerati li sequenti Dubbii, e con essersi inteso tanto in voce, che in scritto anche il parere dell' Avvocato de' Poveri, ne siano emanate le scritte Risposte.

Primo: An duo, vel tres Testes concludentes per se necesse Delictum, & aliquas patientes exceptiones, praeter illas pro quibus Testes de Jure in totum repelluntur a testificando, possint suppleri tam ex aliis indicis, & conjecturis probatis per Testes minus habi-

les, & idoneos, quam ex numero Testium, ad effectum imponendi poenam ordinariam?

Responsum: Attentis frequentia Delictorum, & facilitate, qua Rei negativi evadunt promeritas poenas, esse consulendum Sanctissimo, ut declaret, in Tribunalibus Supremis, & suas vices gerentibus, ac in delictis atrocissimis, Homicidiis appenſatis, & Furibus famosis, posse suppleri tam ex Indicis, quam ex numero, etiam per Testes minus habiles, & idoneos.

Secundo: An idem servandum sit in Delictis sequentibus in Lupanariis, Custodiis Birruariorum, aliisque locis, ubi nec habitu solent intervenire, aut intervenire alii Testes, quem Personae infames.

Responsum: affirmative, dummodo suppletio fiat per indicia, & conjecturas, quae obtentur per alios Testes.

Tertio: An contra Convictum indicis indubitatis concludentibus per se necesse taliter, ut adimant ab animo Judicis omnem rationabilem haesitationem, quod res aliter se habere potuerit, deveniendum sit ad poenam ordinariam?

Responsum: affirmative.

Quarto: An concurrentibus duabus semiplenis probationibus, possint haec insimul conjungi ad imponendam poenam ordinariam?

Responsum: Negative.

Quinto: Demum an in contestationibus faciendis Reis, quando Indicia sunt de illis proximis indubitatis, possint reticere aliquae circumstantiae, ac hoc in casu, quo Rei tormentis subjiciantur, & tales circumstantias non conſtat lateantur, habere possint pro verificationibus a parte post Confessionis, taliter ut opus non sit ratificatione ad imponendam poenam ordinariam?

Responsum: Negative.

§. 2. Onde Noi considerando esser molto profittevole non meno alla Giustizia, che al pubblico, e privato interesse la punizione, de' Delinquenti, e che più facilmente potrà venirsi al conseguimento di questa, ogni volta che d'essi esecuzione alle Risposte emanate sopra li proposti Dubbii, con il presente Chirografo, di Nostra certa scienza, pienezza di Volontà, e Potestà assoluta, confermando, ed approvando quando faccia bisogno le suddette Risoluzioni, dichiariamo, e comandiamo, che in avvenire tutti li Tribunali Supremi, e che esercitano le Noſtre voci, tanto in Roma, che in tutto lo Stato Ecclesiastico, comprese anche le Legazioni di Bologna, Ferrara, Ravenna, Urbino, e Benevento, debbano giudicare, e venire alla condanna, e totale esecuzione delle Pene nelle sovraespressi Casi a tenore di detto Risoluzioni; quali vogliamo, che abbiano piena forza di Legge universale, e che debbano inviolabilmente osservarsi, come se provenienti fossero dal Jus commune, Canoni, antiche Concilia, Constitutioni Apostoliche, Decreti, Statuti, & Opinioni approvate da' Dottori, e perpetuamente durare a beneplacito della Santa Sede Apostolica, derogando per tal' effetto, quando mai facesse di bisogno, a qualunque cosa, che potesse fare in contrario, e che per l' adempimento di questa Nostra volentia, trasmittiate copia del presente Chirografo a tutti i Capi de' Tribunali suddetti, acciò debbano farla conservare nelle loro Cancellarie; e giudicare nella contingenza de' casi secondo l' espressa Risoluzioni.

§. 3. Volendo in oltre, che il presente Chirografo, colla sola Nostra sottoscrizione, vaglia, & abbia il suo pieno effetto, & esecuzione, benchè non sia registrato nei Libri della Camera, ne in altro modo sia servata la forma della Costituzione di Pio II. de' registrandis, alla quale per questa volta deroghiamo, e che contro di esso non si possa opporre di orazione, surzezione, mancanza della Nostra volentia, & intenzione, o qualsivoglia altro difetto, benchè degno di speciale, & individua menzione, e qualsivoglia altro, ne si possa diversamente interpretare, benchè l' interpretazione provenisse da' Canonici anche Concilia, Leggi, Constitutioni, Decreti, & Opinioni approvate, perche tale è la Nostra volentia, e così vogliamo, con la clausula Sublata, e Devero irritante, ed in ogni altro modo. Dato dal Noſtro Palazzo Apostolico Quadrinale questo di 2. Gennaio.

BENEDICTUS PP. XIV. Publicatum per Editam R. P. D. Gubernatoris Urbis, die 13. Januarii 1743.

PONT. A. III. Responsum.

Dub. V.

Dub. III.

Dub. IV.

Dub. V.

Responsum.

Es vim legis eidem tribuit.

Clausula de valore soliti signaturae.

Dat. die 2. Janu. 1743.

ANNO 1743. LXXII.

PRIVILEGIA.

Et Exemptiones Almae Domus Lauretanæ, necnon Resolutiones Dubiorum, & Controversiarum jurisdictionalium in Synopsi redactæ, approbantur, & confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

HUMILITATIS nostrae considerationem ad Sacrum Gloriosae Virginis Habitaculum dirigentes, Apostolicæ sollicitudinis zelo excitamur, ut omnem curam, ac studium, quantum in Domino possumus, adhibeamus, ac quascumque dissidiorum occasiones procul a Loco Sancto submovendas, ne unquam ibi discordiae exoriri valeant, ubi Verbum Dei Deus, & Dei Filii, qui a Propheta Princeps Pacis cognominatus est, ad reconciliandum Deo Hominem, in intemeratae ipsius Virginis sinu factus est homo.

§. 1. Sane postquam plures Romani Pontifices Praedecessores Noſtri praedictam Sanctam Domum, olim Nazarenam, nunc vero Lauretanam nuncupatam, multiplices privilegiorum, gratiarum, indultorum, praerogativarum, & exemptionum concessione cumulaverant, ac signanter felicis recordationis Clementis PP. VII. etiam Praedecessor Noſter, inter alias, Castrum Lauretanum, illiusque Habitatores, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, curae, gubernio, administrationis, & regimini, cum mero, & mixto Imperio, ac potestate gladii, Commissarii, seu Protectores ejusdem Sanctae Domus submisserat, & demandaverat; ac

subinde rec. mem. Sixtus Papa V. pariter Praedecessor Noſter Castrum Lauretanum praedictum in Civitatem, ac Saecularem & insignem Collegiatam Ecclesiam inibi existentem, eademque Sanctam Domum, magnifica, atque elegantia Edificiorum constructione circumdatam atque exornatam, in Cathedrali exerebat, deindeque pie record. Paulus Papa V. similiter Praedecessor Noſter, ad succedenda iam enata inter Episcopum Lauretanum, & Protectorem ipsius Sanctae Domus, Litium, & Controversiarum germina, per quamdam suam in

perpetuum viliturum Constitutionem, quae incipit: Divinae disponere Clementia &c. sub datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCX. pridie Idus Julii Pontificatus sui Anno XVI. editam, eidem Sanctae Domui Lauretanæ Solum, seu pavimentum Sancti Cubiculi, seu Sanctae Capellae, quam circumcirca usque ad Columnas, & Scalas inclusive contentum, in Territorium proprium, distinctum, & separatam, nullius Diocesis, in quo de caetero solum ejusdem Sanctae Domus Protector, pro tempore existens, ejusque Gubernator, privative quoad Episcopum Lauretanum, etiam si Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis existeret, jurisdictionem omnimodam, & quasi Episcopalem habere, & exercere posset, perpetuo constituerat, & assignaverat, ipsamque Sanctam Domum nuncupatam, pavimentum, ac Territorium praedictum, ejusque Gubernatorem, Officiales, Ministros, & quoscumque alios tam Laicos, quam Clericos, & Regulares, eidem Sanctae Domui, seu Capellae, ejusque Bonis quomodolibet inservientes, necnon eorundem Officialium, Ministrorum, aliorumque inservientium Familias, & Famulos, & quoscumque Peregrinos ad Sanctam Domum praedictam confluentes, ipsiusque Sanctae Domus Palatia, Aedificia, Possessiones, & Praepia quaecumque, ac reliqua bona tam Mobilia, quam Stabilia, & fomentum, ubicumque existentia, supellestilia etiam pretiosa, pecunias, elemosynas, Donationes, & quaecumque reſida, ab omnibus, & quaecumque Episcopi Lauretani superioritate, jurisdictione, dominio, ac potestate perpetuo, plenissime, penitusque, & omnino exemerat, & deliberaverat, ac sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae protectione specialiter susceperat, omnimodaque jurisdictionem Ecclesiasticam, & Spiritualem, ac quasi Episcopalem

in praedictam Sanctam Domum, ejusque Territorium, Ministros, Officiales, aliosque Inservientes, & Peregrinos, resque, Bona, ac jura praedicta eidem pro tempore Protectori adjudicaverat, vrgis eidem Protectori, tam circa Vicarii Curati deputacionem, quam circa Litterarum dimissorialium concessionem, aliaque plurima, privilegiis, & facultatibus attribuit.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I.

in praedictam Sanctam Domum, ejusque Territorium, Ministros, Officiales, aliosque Inservientes, & Peregrinos, resque, Bona, ac jura praedicta eidem pro tempore Protectori adjudicaverat, vrgis eidem Protectori, tam circa Vicarii Curati deputacionem, quam circa Litterarum dimissorialium concessionem, aliaque plurima, privilegiis, & facultatibus attribuit.

§. 2. Novissime felicis pariter recordationis Innocentius Papa XII. praedecessor quoque Noſter, provide attendens, ex huiusmodi forma Regimini sperant non provenire utilitatem, quin potius experientia, & quae plurimum ad audientiam ejus perlatis recurſibus, quereſis eductus, imminuta nimis Episcopi Lauretani potestate, Ecclesiasticam disciplinam paulatim dissolvi, Clerique, ac Populi mores, aucto Exemptionum numero, relaxari; Ad obviandum detrimentis huiusmodi, per aliam suam eidem perpetuo viliturum Constitutionem, quae incipit: Sacrosancta Redemptio humanae mysteria; editam sub datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCXVIII. nonis Augusti, Pontificatus sui Anno VIII., eidem Sanctae Domui Territorium proprium, & separatam, ac ab omni Ordinarii jurisdictione exemptam, & quasi Episcopalem, in praedicta Pauli Praedecessoris Constitutione assignatam, confirmavit, & approbavit; idemque Territorium, una cum omnibus praedictae Sanctae Domus Ministris, & Officialibus, aliisque Personis quomodolibet inservientibus, vel ad eam ex quolibet Mundi parte devotionis gratia confluentibus, ab omni, & quacumque Ordinarii praedicti jurisdictione iterum plenissime, penitusque exemit; Et praedicto Protectoris, quod per obitum bon. mem. Paulatii, dum vixit, Episcopi Portuen. S. R. E. Cardinalis de Alteris nuncupati, tunc vacabat, Officio, Dignitate, titulo, & denominatione perpetuo suppressis, & extinctis, sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae specialis, & immediata protectione suscepit.

§. 3. Omnem vero, & quaecumque jurisdictionem tam Ecclesiasticam, & Spiritualem, ac quasi Episcopalem, quae in eadem Sanctam Domum, ejusque Territorium, Officiales, & Ministros, Peregrinos, ac Bona praedicta, quam Saecularem, sive Laicalem, in Communitatem, Homines, & Civitatem Lauretanam, ejusque Comitatum, atque Districtum, Protectori pro tempore ejusdem Sanctae Domus quomodolibet competierat, quandoquidem ei Romani Pontifices, per se ipsos, Apostolicæ Servitutis onere praegravati, vacare nequibant, exercendam impoſterum statuit, & mandavit per Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Romanæ Curiae Praelatorum, Lauretanam nuncupatam, quam ad hunc effectum erexit, & instituit ac specialiter deputavit. Eidemque Congregationi, ut semel, & pluries, ac quoties sibi videretur, & placeret, quaecumque Statuta, & Ordinationes pro felici praedictae Sanctae Domus, ejusque Bonorum, ac Personarum eidem inservientium regimine, Sacris tamen Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non adversantia, & ab omnibus, ad quos pertineret, inviolabiliter observanda, condere, edere, & publicare, illaque mutare, alterare, corrigere, & emendare licite posset, & valeret, concessit, & indulſit.

§. 4. Insuper voluit, & mandavit, ut Congregatio praedicta in Spiritualibus quidem, quae scilicet ad Ecclesiae cultum, Chori servitium Divinorum celebrationum, Animarum Curam, Sacramentorum administrationem, morum correctionem, & alia huiusmodi pertinerent, Episcopi Lauretani pro tempore existentis tantquam Sedis Apostolicae Delegati; In iis vero, quae quoruncumque Bonorum ejusdem Sanctae Capellae temporalem administrationem, necnon dictae Civitatis Lauretanæ, ejusque Comitatus, atque Districtus, tam Causis Civilibus, quam Criminalibus, seu mixtis, Gubernium Saeculare concerneret, Romanæ Curiae Praelati in Gubernatorem a Romano Pontifice pro tempore existentem deputandi, ope, & ministerio uti deberet.

§. 5. Praeterea tam Domorum, & Aedificiorum omnium Fabricam, & manutentionem, quam Supellestium ejusdem generis, Paramentorum, Gemmarum, aliorumque localium, quae sub Theſauri nomine continentur, necnon elemosynarum, & largitionum quaruncumque custodiam, atque etiam Montis Pietatis, Nofocomii, Hospitii, & Triclinii pro pauperibus Peregrinis, superintendentiam, Gubernatoris pra-

PONT. A. III.

Innoc. XII. confirmata. S. Domus a exemptione Ordinarii, Protectoris Officium suppressit.

Et Congregatio Lauretanæ jurisdictionem, quam Protector exercere debet, & mandavit, ut eique facultates, Statuta &c. concederet, concessit.

S. Domus, Civitatis regimini, quoad Spiritualia Episcopi ut S. Sedis Delegato, quoad Temporalia Gubernatori commissit.

Episcopi, & Gubernatoris facultates expresse.